

jam pie defuncto, *M. Michaele Stobeo*, Pro-Rector, & *Davide Lichtenbergio*, fideliter institutus fuit. A. 1700. m. Februarii e Schola a Praeceptoribus non sine benedictione dimissus, eidem valedixit, & ex templo albo studiosorum in Acad. Regiomontana, Rector Acad. Theologo celeberrimo, *Friderico Deutschio*, eo tempore Theol. Prof. Secund. & Eccles. Læbenicensis Pastor Consistoriique Sambiensis Assessore, jam vero Theol. Prof. Primar. & S. R. M. in Prussia a Concionibus Aulic. Primariis, insertus, & in numerum civium Academ. receptus est. In studio Philosophico sequentes in Acad. Regiom. habuit Praeceptores, videlicet. *Georgium Thegen*, Phil. Pract. Professorem, B. *Andream Hedionem*, Log. & Metaph. Profess. *Paul. Rabium* t.t. Græcæ Lingvæ Profess. jam Log. & Metaph. *Davide Blæsingium*, Mathematum Profess. *Michaëlem Schreiberum*, Eloquent. Profess. *Joh. Ernest. Segers* t.t. Alumn. Regior. & Commun. Convictor. Inspect. Secundar. jam vero Phys. Prof. B. *M. Reinholdum Stürmerum*, postea Eccles. Cathedralis Diaconum, quorum ductu universam absolvit Philosophiam. In Theologicis

B 2

au-